



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XLIV. De Custodia Eucharistiæ, Chrismatis, & aliorum
Sacramentorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

TITVLVS XLIV.

DE CUSTODIA EUCHARISTIÆ,
CHRISMATIS, ET ALIORUM SACRAMENTO-
RUM.

Eucharistiam, & sacrum Chrismatum, aut laicorum in Ecclesia offerenda ex c. 1. habetur, & nulla facillè suppellectilia Clericorum, nisi gravis necessitas belli, aut incendij v. g. urgeat. ex c. 2. h. t. patet.

TITVLVS XLV.

DE RELIQUIIS, ET VENERATIONE
SANCTORUM.

Uo sunt, quæ in hoc titulo deciduntur 1. quod nullus publico cultu, ut Sanctus sit colendus, nisi à Summo Pontifice fuerit canonizatus, siue quod idem est, nisi post præmissam diligentem, & accuratam examinationem super vitæ, morumque probitate, & miraculorum, sine quibus nulla sit canonizatio hodie, veritate à Summo Pontifice albo sanctorum adscriptus fuerit, ac ut sanctus ab omnibus colendus, declaratus, c. 1. h. t. vel certè de personæ talis sanctitate per traditionem, & universalem Ecclesiæ consensum constet, quæ solet esse æquivalenter canonizatio. Et hinc habetur, quod soli Summo Pontifici, non autem Episcopo, nec pro sua diœcesi canonizare hodie concessum sit (quidquid olim praxis habuerit) ob multas fraudes cavendas, & plures alias rationes, quæ cuiusvis facillè occurrunt. 2. Deciditur etiam, quod sanctorum reliquiæ non tantum non debeant venales exponi (quia res sacræ non sunt pretio temporali æstimabiles) sed nec passim & indifferenter ostendi, & si antiquæ sint, extra capsam, cui sunt inclusæ, non sint ostendendæ, ne detur scilicet pluribus maledicis occasio, scabiosè, & irreverenter de sanctis loquendi, aut videantur hæc talia fieri quæstus causa &c. Si verò de novo sint inventæ, publicè non exponantur, nisi auctoritate Summi Pontificis sint approbatæ c. 2. h. t. aut nisi certè constet illas, quæ de novo repertæ sunt, esse alicujus sancti jam olim ab Ecclesia approbati; quarum tamen, antequam publicè exponantur, recogni-

Kkk k 3

cogni-